

*Ex Es. 64. v. 16.*

3. *Quicumq; preces nostras ignorat, is non est invocandus, siquidem propter ignorantiam preces nostras audire non potest:*

*Atqui Sancti ignorant preces nostras:*

*E. Sancti non sunt invocandi.*

Major per se est manifesta. Minor patet ex dicto Esaiaë allegato. *Confer. Grauer. in A. C. Artic. 21. de cultu Sanctorum p. 171. Hüter. L. C. pag. 964. seq. Hafenrefferi Loc. Theol. p. 592. Chemnit. L. C. parte 2. p. 84. & Exam. Concil. Trid. p. 295. 298. 308. Doct. Calovium in A. C. p. 747.*

Atq; ita finio, & spero, me si fortasse an quædam minus rectè tradita videantur, à *Bonis, συγνώμην*, ut cum *Philosopho l. 2. Sospist. c. 9. loquar, ἔχειν, veniam inventurum.* Faxit divina gratia, ut rectè atq; dextrè singula discamus, exerceamus, usurpemus, ad veræ religionis propagationem, Reipubl. Salutem, bonarum Artium ac Disciplinarum cognitionem & conservacionem!

D. Mi-